UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

**Varennius, Joannes**

**Basileae, 1536**

**VD16 V 385**

Accvsativvs Post Nomen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

Adiectiua quæ paſſiue capiuntur, adſciſcunt datiuum. ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, uulgo ignotum.

Gręci per duos datiuos, mediante cõiunctione καὶ, ea proferunt, quæ Latini per unum datiuum, cum aduerbio congregandi, ſiue cum ablatiuo, præcedente prępoſitione cum. Ioan. 2. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; quid tibi mecum negotij eſt mulier? Et Matth. 8. uociferantur dęmones, τί ἡμῖν καὶ σοὶ ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; quid tibi rei nobiſcum eſt Ieſu fili Dei? Et cap. 27. μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, ne quid rei tibi ſit cum iuſto illo.

## ACCVSATIVVS POST Nomen.

GRæcis paſſim conſtruuntur accuſatiuo nomina adiectiua p̱ ſynecdochen, in oratione ſoluta. τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς, nares muco plenus. κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, ornatus ueſtem. τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, habitũ decorus. Quod etiam per datiuũ dici poteſt, κόσμιος ἀναβολῇ. ὅμοιος τὸ μέγεθος, uel τῷ μεγέθει, ἀνόμοιος ὄψιν, uel ὄψει.

In accuſatiuo ponitur etiam quod eſt ſecundum aliquid. σοφὸς τὰ μηχανικά.

Adiectiua gaudent accuſatiuo, ſi ſubintelligas κατὰ. ut σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα, Syrus & nomine & patria. ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν, pauci numero. Sic Virg. in 5. *Creſſa genus.*

Verbalia in τέον adſciſcũt datiuum, uel accuſatiuum. Hoc fit, quod huiuſmodi uerbalia reſoluent̃ per hoc nomen ἄξιον, & per infinitiuum. Vnde datiuus refertur ad hoc nomen ἄξιον, quod gaudet datiuo. ut χρηστέον ἐμοὶ, id eſt, ἄξιόν ἐστί μοι τὸ χρῆσθαι. ἀποδοτέον ἐμοὶ, id eſt, ἐμοὶ ἄξιόν ἐστι τὸ ἀποδοῦναι. ἰτητέον ἐμοὶ, ἄξιόν ἐστί μοι τὸ ἰέναι. Accuſatiuus uero ad infinitiuum refert̃, qui ex natura ſua ante ſe poſcit accuſatiuum. ut χρηστέον ἐμὲ, hoc eſt, ἄξιόν ἐστιν ἐμὲ χρῆσθαι. ἰατέον τὴν νόσον ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, id eſt, ἄξιόν ἐστι τὸν ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας ἰᾶσθαι τὴν νόσον, medendum eſt morbo ei, qui negligit cauſam.

Præter hunc datiuum, uel accuſatiuum, regũt caſum ſui uerbi. ut ἀποστατέον

ἐμοὶ,

ἐμοί, uel ἐμὲ τοῦ πράγματος. quia ἀφίστημι τοῦ πράγματος. δοτέον ἐμοί, uel δοτέον ἐμὲ τῷ φίλῳ ἀργύριον. quia δίδωμι τῷ φίλῳ ἀργύριον. γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολήν, quia γράφω ἐπιστολήν. Sæpe etiam additur his uerbalibus uerbum ſubſtantiuū, ut ſit ſermo plenus, ἐστὶ γραπτέον ἐμοί, λεκτέον ἐστίν. Loco cuius utunt̃ quandoq; participio, Attice, ut ἔγνων μενετέον ὄν, cognoui manendum eſſe. οἶδα γραπτέον ὄν, noui ſcribendum eſſe.

Dicunt & pluraliter γραπτέα ἐμοί, pro γραπτέον ἐμοί, Attico more: quorum eſt uti pluralibus loco ſingularium.

Efferuntur etiam more nominum adiectiuorum, ληπτέος νόμος, γραπτέα γράμματα, γραπτέα ἐπιστολή. Et ita in aliis.

Atticis eleganter obliquis caſibus antecedentibus, oratio recto caſu claudit̃: ut, εὑρεῖν ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις ἀλληλοφονίαν, μοιχείαν, ἐπιορκίαν, ἀνδρομανίαν, τὸ πάντων ἔσχατον κακῶν εἰδωλολατρείαν. pro, καὶ ὅ, τι ἐστὶν ἔσχατον πάντων κακῶν, εἰδωλολατρείαν, & quod omnium malorum primū eſt, idololatriam.

ſolatriam. Ζῇ ἄνθρωπος ἔτη ὀγδοήκοντα, ἢ ἐνενήκοντα, ἢ ἑκατὸν, τὸ μακρότατον, id eſt, ὅ,τι δεῖ τὸ μακρότατον.

Attici uſurpant uocatiuum pro nominatiuo, Macedones uero et Theſſali ecõtrario nominatiuũ pro uocatiuo. Homerus, αὐτὰρ ὁ αὖτε θυέστ᾽ ἀγαμέμνονα λεῖπε φορῆναι. uocatiuum θυέστα poſuit, pro nominatiuo θυέστης. Quorum imitatione Latini dicũt in nominatiuo poëta pro poëtes, propheta pro prophetes.

Apud poëtas adiectiuum ſæpe non reſpondet ſuo ſubſtantiuo, neque genere, neq; caſu. κλυτὸς ἱπποδάμεια, pro κλυτὴ ἱπποδάμεια. θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια ἐέρση. ἦλθον ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, pro ἔχουσα. αἰδὼς καὶ νέμεσις καλυψαμένω, pro καλυψαμένα. Apud Heſiodum, ἀπόλλωνα ἀστράπτων, pro ἀστράπτοντα. Apud alios ſcriptores uidetur etiam ſæpenumero non reſpondere genere, Atticorum more, qui participijs ſingularibus uerborum imperſonalium iungũt neutra nomina pluralia, ut ταῦτα δόξαν ἡμῖν, pro ταῦτα δόξαντα ἡμῖν,

ἡμῖν. de quo latius poſtea.

Item ſubſtantiuis fœm. iungũt actiua in ος. Chryſoſt. ὑπομένω θλίψεις διαφόρους, καὶ ποικίλας, ſuſtineo afflictiones diuer- & uarias.

Hoc eo fit, quod Atticis adiectiua in ος communiter accipiantur, maxime in compoſitis & deriuatis, ut ὁ καὶ ἡ ῥιζοφάγος, ὁ καὶ ἡ ἀρχηγὸς, ὁ καὶ ἡ δημιουργός, κακοῦργος, ἔπακτος, ἐπαγωγὸς, φιλόσοφος, & ſimilia.

Et in deſinentibus in ος purum, & in ρος, ut ὁ καὶ ἡ θυραῖος, ῥαγδαῖος, σπουδαῖος, βίαιος, διάφορος.

Et in μος, ut ὁ καὶ ἡ βάσιμος, θανάσιμος, δικάσιμος, γνώριμος, δόκιμος, ὥριμος, πλώϊμος, ἔτοιμος. Præter hæc etiam χαῦνος & ἐξίτηλος. ut ἡ χαῦνος γῆ, ἡ ἐξίτηλος συμφορά.

Item pro maſculino & fœminino eleganter utuntur neutro. λυσιτελέστερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστίν, ἀδικία οὐκ ἔστι κερδαλεώτερον δικαιοσύνης, ἡ φύσις ἐστὶ φιλότεκνον.

Iungit in hoc ſchemate interdũ plurale cũ ſingulari, χρήσιμον εἰς ἁγνείαν αἱ νηστεῖαι. q̃ locutiones emphaſim quandã habẽt.

In

In quibuſdam adiectiuis certa quædã
ſubaudiuntur ſubſtantiua, quorum ali=
quot aſcribemus exempla, è quibus etiã
cætera facile intelligentur. πρὸς ὀρθὴν, ſub
auditur γραμμὴν, uel γωνίαν, ad rectam li
neam, uel ad rectum angulũ. ἐπ' εὐθείας
εἶναι, ſubauditur γραμμῆς. τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέ-
ναι, id eſt, τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγουσαν ὁδὸν ἰέναι,
ire uiam quæ ducit ad mortem. τὴν ἐπὶ θα
νάτῳ κρινόμενος, ſubaudit ὁδὸν, id eſt, con
demnatus ad mortem. ἑτέραν τρέπεσθαι,
ſubauditur ὁδὸν. ἀξίαν ἀποτίνειν, ſubaudit
τιμωρίαν.

Loco ſingularium nõnunquam uſur=
pant Attici nomina pluralia, ut οὐδ' ὅσια
πράττειν ἐστὶ, pro οὐδὲ ὅσιον. Sic τὰ πρῶτα,
primũ. τἀρχαῖα, olim. τὰ τελευταῖα, ad ulti
mum. τὰ μάλιστα, maxime. τὰ ὕστατα, poſtre
mo. πολλαπλάσια, multipliciter. πολλὰ,
multũ. μέτρια, mediocriter. μεγάλα, magni
fice. μηδέτερα, neutrũ. θάτερα, alterũ. ὁπό-
τερα, utrumlibet. ἐπὶ θάτερα, in diuerſum,
in alterã partem. ἐπὶ τάδε μὲν, ἐπ' ἐκεῖνα δέ.
uel ſic, ὡδὶ θάτερα μὲν, ἐπὶ θάτερα δὲ, pro citra
&

& ultra dicunt. Et ἕκαστοι, pro ἕκαστος, unuſquiſque. Similiter ſuperlatiua, ἀλυπότατα, lętiſſime. ἀοκνότατα, impigerrime. ἀκλεέστατα, ignauiſſime. κεχαρισμενώτατα, gratiſſime. Comparatiua uero non item: nam ſemper per ſingulare enuntiantur.

Nomina numeralia compoſita, dum numerus minor præcedit, proferunt in oratione mediante coniunctione καὶ. ut, τρισκαίδεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαίδεκα, ἑκκαίδεκα, τρίτος καὶ τριακοστός. loco cuius etiã poteſt dici, τρίτος πρὸς τοῖς τριάκοντα, uel τρίτος ἐπὶ τριακοστῷ, triceſimus tertius. Sed dum numerus maior pręcedit, efferuntur ſine coniunctione, δεκατρία, δεκαπέντε, δεκατέσσαρα, δεκαέξ. & ita in alijs, quæ ſunt infra centum. Nam ſupra centum proferuntur etiã mediante coniunctione, maiore numero præcedente, ut ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα.

Cęterum nomina numeralia cardinalia iuncta, ſine cõiunctione quidem proferuntur ut dictio compoſita, non ut oratio,

tio, δεκατρία, εἰκοσιτέσσαρα, εἰκοσιέξ. Si uero media ſit coniunctio καὶ, proferuntur modò ut dictio compoſita, modò ut oratio, ut τρία καὶ δέκα, uel τριακαίδεκα. τέσσαρα καὶ εἴκοσι, uel τεσσαρακαιείκοσι.

Ordinalia uero ſemper efferuntur ut oratio, εἰκοστὸς πρῶτος, ἑβδομηκοστὸς δεύτερος. Niſi conſtet ex altero cardinali & altero ordinali, ἑπτακαιδέκατος, ἐννεακαιδέκατος.

Similiter ſi iungantur plures numeri aduerbiales, erit oratio, non dictio compoſita. ut ἐννεάκις, εἰκοσιάκις, καὶ ἑπτακοσιοπλασιάκις: id eſt, nouies, uicies ſupra ſeptingenties.

Si uero pręcedant numeri cardinales, & poſtremus ſit aduerbialis, proferunt̃ ut unica dictio compoſita, nõ ut oratio. ut ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις, quę dictio ualet, nouies & uicies ſupra ſeptingenties.

Quæ Latini dicunt undeuiginti, duodeuiginti, undetriginta, & ſimilia, Græcis dicuntur hoc modo, δυοῖν δέοντα εἰκο

τῶν ἔτη, duodecenteni anni. δυοῖν δεούσας ἑκατὸν μνᾶς, duodecentenas minas. δυοῖν δεόντων εἴκοσι ναῶν, duodeuiginti nauiũ.

Vel per genitiuũ abſolutũ. τριάκοντα μιᾶς δεούσης τριήρεις, undetriginta triremes. δυοῖν δεόντοιν εἴκοσι ἄνθρωποι, duodeuiginti homines. ἑνὸς δέοντος εἴκοσι, undeuiginti. ꝓ q̃ licet dicere, ἑνὸς δεῖ εἴκοσι, poſito ſcilicet imꝑſonali δέον, loco genitiui abſoluti, more Attico, ut in participijs notabiť.

Poteſt etiam in omnibus his loco numeri maioris poni datiuus numeri ordinalis, ut pro μιᾶς δεούσης τριάκοντα τριήρεις, dicamus μιᾶς δεούσης τριακοστῇ τριήρει. & pro ἑνὸς δέοντος εἴκοσι ἄνθρωποι, ἑνὸς δέοντος εἰκοστῷ ἀνθρώπῳ, & in alijs ſimiliter.

Dicunt etiam ἵππος χίλια, pro mille equites, quaſi millenarius equitatus. & μύρια ἵππος, pro μύριοι ἱππεῖς. Quod genus loquendi non eſt apud Latinos.

Interrogatiua numeralium ſunt. πόσα, ad quod reſpõdetur, δύο, τρία, & alij cardinales. ποσάκις, ad quod reſpondetur δὶς, τρὶς, & alij aduerbiales. πόσος, ad

quod

quod reſpondetur, τρίτος, δεύτερος, τέταρτος, ordinales. ποσημόριον, id eſt, quotæ partis, quaſi πόστον μόριόν ἐστιν: ad quod reſpondetur, τριτημόριον triens, τεταρτημόριον quadrans, & ita in aliĳs. pro quo etiam dicitur τρίτον τῶν μορίων, & τέταρτον τῶν μορίων, πέμπτον τῶν μορίων. Sic πολλοστὸν, uel πολλοστημόριον, pars una è multis, id eſt, particula minima. ὀλιγοστὸν, pars una è paucis. μυριοστὸν, ex infinitis una pars. χιλιοστὸν, è mille pars una, hoc eſt, milleſima. His ſimilem formã habet δυοστὸν, hoc eſt, δεύτερον τῶν μορίων, ſemiquinque. quod tamẽ legiſſe ſe apud autores negat BVDAEVS.

APPENDIX QVINTA.

Quædam nomina conſtruuntur aduerbiorum loco, ut ὅσον, fermè, circiter. unde ὅσον αὐτίκα, quàmprimum. ὅσον οὐδέπω, fermè. ὅσον ἧκε ἐπ' ἐμέ, quatenus ad me pertinebat. ὅσον τάχος, uel ὅτι τάχος, q̃ celerrime. Quando autem poſtponitur dictionibus, ſignificat ualde. ἀμήχανον ὅσον, ualde difficile. θαυμαστὸν ὅσον, mirum